

## Werk

**Titel:** Chronologisches aus Handschriften

**Autor:** Krusch, Br.

**Ort:** Hannover

**Jahr:** 1885

**PURL:** [https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345858530\\_0010|log12](https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345858530_0010|log12)

## Kontakt/Contact

[Digizeitschriften e.V.](#)  
SUB Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen

✉ [info@digizeitschriften.de](mailto:info@digizeitschriften.de)

IV.

**Chronologisches**

aus

**H a n d s c h r i f t e n .**

Von

**B r . K r u s c h .**



Einigen längeren Aufenthalt in Paris im vorigen Sommer benutzte ich hauptsächlich zur Vergleichung der auf das Schisma der Donatisten bezüglichen Actenstücke, ohne indessen die chronologischen Studien ganz ausser Acht zu lassen. Gehören die patristischen Untersuchungen nicht in diese Zeitschrift, so glaube ich doch, dass die chronographischen Excerpte aus Pariser Hss. hier keinen unpassenden Platz finden. Eingefügt habe ich eine Notiz aus einer Würzburger Hs., die bisher im Archiv nur verstümmelt gedruckt war.

Der Cod. Paris. nr. 5543, saec. IX, in 8°, fol. 171, enthält fol. 7—9. den an den Bischof Petronius gerichteten Prolog des Dionysius, auf welchen in anderen Hss. regelmässig die Ostertafel folgt. Auch der Schreiber der Pariser Hs. fand sie in seiner Vorlage nebst einer kurzen Vorbemerkung des Dionysius, die in den meisten andern Hss. fehlt: Fol. 9. 'INCIPIT CYCLUS DECENNL. QUEM GRECI ENNEACAÏ DECA DERIDA UOCANT. Constitutus a sanctis patribus, in quo XIIIllmas paschales omni tempore sine ulla reperies falsitate, tantum memineris annis singulis, qui cyclus lunae et qui decennovenalis existat: in praesenti namque tertia indictio est consolatu Probi iunioris, tertius decimus circulus decennovenalis, decimus lunaris est'; er liess jedoch den Cyclus aus, weil er abgelaufen war und für ihn keinen practischen Werth hatte: 'Hic autem cyclus Dionisii V decennovenalibus constat, hoc est XCV annis sumitque exordium a D XXXII. anno incarnationis domini et desinit in D CXXVI. anno. Hunc ergo cyclum praetermisimus, eo quod totus preterit'. Dafür copierte er fol. 9'—23. die Bedanische Ostertafel<sup>1)</sup> von 532—1063, an deren Rande die Annalen von Fleury stehen (Duchesne III, 355—357, SS. II, 254). Der Codex enthält ausserdem fol. 126' den Brief Bedas an den Presbyter Wictheda.

Der Cod. Paris. nr. 13440. aus Corbie (später S. Germain des Prés nr. 116, dann 1540) saec. VIII, fol. 122, in 16°, welcher in langobardischer Schrift geschrieben ist, ent-

1) Nicht die 19jährigen Cyclen des Dionysius, wie Pertz schreibt.

hält fol. 97—100' einen Brief Columbans: 'INCIP̄ EPIS̄ SCI  
 . . . . BANI ABBATIS DE IN(GEE??) HU?? UIT(AE?).  
 O tu vita humana fragilis et mortalis — per eum qui vivit et  
 regnat'. Dieses Schreiben dürfte noch unbekannt sein; der  
 Anfang scheint sich mit dem 5. Sermo des Columban bei  
 Rossetti, Bobbio illustrato II, p. 38: 'De vanitate humanae  
 vitae. O tu vita quantos decipisti, quantos seduxisti' etc.  
 ungefähr zu decken.

Der Cod. Paris. nr. 16361 (früher Sorbonne nr. 283)  
 saec. XII, in 8°, p. 288, enthält hinter Bedas Schrift 'De  
 ratione temporum', p. 212—217. ein altes auf die Osterstreitig-  
 keiten bezügliches Schriftstück, welches bisher noch unge-  
 druckt ist:

'De sollempnitatibus et sabbatis et neomeniis, quae in lege  
 a Domino praecipuntur observari, tuae caritatis imperio cogente  
 dicturi, quid secundum litteram reprobari, quid spiritaliter  
 observari debeat, prius cogimur amatoribus litterae adversariis-  
 que veritatis respondere, quos cum ego possim iure reper-  
 cutere, magis eos blandē leviterque alloquens, ad agnitionem  
 veritatis venire cupio. Qui cum radicis amarum cordicem<sup>1)</sup>  
 ruminare cupiunt, poma spernunt, pulveremque auri mirantes,  
 formata metalla despiciunt, quia etsi secundum litteram legis  
 observari cuncta contendunt, velamine<sup>2)</sup> posito super faciem  
 Moysi, spiritus et veritatis luce illuminari nequeunt. Quos,  
 etsi veritati non adqueverunt, hirci tamen more emissarii  
 humero<sup>3)</sup> nostrae patientiae portemus, parati ad satisfactionem  
 de ea quae in nobis est fide ad suae perditionis<sup>4)</sup> et lavare  
 postea vestimenta, ne contagione heretici<sup>5)</sup> sensus polluti  
 remaneamus. Nos autem inicio huius opusculi exemplo Ihere-  
 miae<sup>6)</sup> docti evellere prius et<sup>7)</sup> destruere et postea plantare  
 et aedificare proponimus, de scripturis prius ostendere cupien-  
 tes, quoniam hac feriae Domini, quae praecipuntur lege ser-  
 vari, non umbra sed spiritali observancia celebrari iubentur.  
 Et si qui inbecillitatis<sup>8)</sup> nostrae auctoritatem parvi pendere  
 voluerint, prophetas audiant, qui provido vaticinio providentes  
 harum reprobationem euangelii tempore voce aperta prae-  
 dixerunt, immo in eis Domino praeloquente<sup>9)</sup>: 'Dies festos  
 vestros et neomenias et sabbata odit anima mea', et haec se  
 Dominus non<sup>10)</sup> mandasse pronunciat, cum ipsum in lege haec  
 praecepisse manifestum est. In quibus verbis quid aliud osten-  
 ditur, quam cum Christus finis legis advenerit, ea secundum  
 litteram custodiri non mandaverit? De sacrificiis autem per  
 alium prophetam loquitur<sup>11)</sup>: 'Non in sacrificiis tuis arguam

1) Sic cod. 2) Exod. 34, 33. 3) Luc. 15, 5. 4) Desunt  
 quaedam. 5) 'hetretici' cod. 6) Ierem. 1, 10. 7) Om. cod.  
 8) 'inbecillitatē' corr. 'inbecillitates' cod. 9) IV. Esdr. 1, 31. Is. 1, 14.  
 10) Textus hiat. 11) Ps. 49, 8—13.

te; holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos' et reliqua usque: 'aut sanguinem hircorum potabo?' Quibus verbis apostolus eodem spiritu repletus conveniens ait<sup>1)</sup>: 'Nemo vos seducat in esca aut in potu aut in parte diei festi aut neomenia vel in sabbatis, quod est umbra futurorum' et reliqua. Quibus verbis luculentissime declarat, ut<sup>2)</sup>, sive diebus temporaliter sive escis carnalibus observatis, nichil aliud quam vanissimam umbram et erroris seductionem invenire potuerit. Et dominus Iesus etiam euangelio solvere sabbatum declaravit, cum paralitico praeceperat<sup>3)</sup>: 'Tolle grabatum tuum', quod lege prohibitum, videlicet in sabbato onera portari, manifestum est. Solvit et scenophegiam, quando dicebat<sup>4)</sup>: 'Non ascendam ad diem festum hunc', ac si dixisset: In hac huius festivitatis observancia honoris mei gloria non ascendit.

De pascha autem tamquam maximo sacramento salutis nostrae paulo latius aliquid dicturus, etiamsi non est huius temporis cuncta disserere, prius ostendere volo, quibus vel quantis rationibus pascha Domini custodiri<sup>5)</sup> praecipitur. Mense primo decima die mensis agnus agniculus immaculatus segregari et servari usque ad III<sup>am</sup> decimam et in X<sup>a</sup> III<sup>a</sup> a Domino per Moysen occidere praecipitur ab universo cœtu filiorum Israel ad vesperum. Quas rationes ipse Dominus verus agnus, cum ad verum pascha progreditur, aliquas permanere volens, custodivit, aliquas non servari cupiens, commutavit. Qui cum in primo mense secundum praeceptum legis immolari dignatus est et X<sup>am</sup> III<sup>am</sup> lunam nullo modo praevinire suae passionis tempora commisit, aliqua tamen contra figuram eum fecisse, narrat euangelium<sup>6)</sup>, quia, cum a Iuda traderetur Iudeis, non decima die mensis primi tentus est, et cum sui corporis et sanguinis sacramenta dare in sua vita discipulis suis dignatus fuerit, hoc contra figuram fecisse monstratur, cum ille agnus, qui in typo Christi in pascha occidi praecipitur, assatus igni, cum capite et pedibus et intraneis, post suam occisionem consumi a populo mandaretur. Hoc autem, ut mihi videtur, propter duas rationabiles causas Deum fecisse cognoscitur, ne, cum pascha cum discipulis manducasset, nisi postea sacrificium commutasset, dicens<sup>7)</sup>: 'Hoc est corpus meum', sic etiam postea observari debere crederetur. Haec est autem alta<sup>8)</sup>, ut opinor, causa, ut, cum corpus Domini integrum et suum sanguinem in se continens ante passionem cernerent, in corpore se refici spiritaliter crederent, et sic etiam nunc a nobis credi debeat. Et hoc etiam intueri debemus,

1) Coloss. 2, 16. 17. 2) 'in' cod. 3) Marc. 2, 11. 4) Ioann. 7, 8. 5) 'cus || tore' cod. 6) 'eūgiam' cod. 7) Matth. 26, 26. 8) 'altam' cod.

quod non in X<sup>a</sup> IIII<sup>a</sup> 1) die ad vesperum, ut lex praecipit, ille 'agnus 2) Dei, qui tollit peccata mundi', et 'pascha 3) nostrum immolatus est Christus', sed X<sup>a</sup> V<sup>a</sup> 1) die, in quo manifestum est diem festum Iudeorum cum suo sacrificio a Domino solutum. Sed quid in hoc intelligere debemus, quod prius figuralis agni 4) carnis 5) comedere et postea sui corporis cibus 6) apostolos refecit, et post Iudeorum typicum nostrum pascha immolatus est Christus? Hoc, ut opinor, non ut veritas figuram, sed figura veritatem praecedat, quia non prius quod spiritale, sed quod animale, deinde quod spiritale. Unde electa et amica sponsa Christi universalis ecclesia anathematizat eos, quia cum Iudeis in festivitate paschali X<sup>am</sup> IIII<sup>am</sup> 7) lunam expectari diffiniunt et sabbata et cetera huiusmodi umbralis observantiae. Et hoc tantum observare dignatus est Dominus, ut in primo mense post X<sup>am</sup> IIII<sup>am</sup> 7) diem paschalem festivitatem, procedentem una sabbatorum, celebrari sine ambiguitate censuerit, licet in hoc varietas ecclesiae orta est, aliis sufficere credentibus, ut non in X<sup>a</sup> IIII<sup>a</sup> 1) cum Iudeis pascha celebrarent, alii autem hoc fortiter cautèque custodiunt, ut immolationem veri 'agni 2) Dei, qui tollit peccatum mundi', ante X<sup>am</sup> IIII<sup>am</sup> celebrare non audeant, secundum illud legale praeceptum, quod Dominus ad passionem veniens minime contempsit, sed ait: Observabitis eum usque ad X<sup>am</sup> IIII<sup>am</sup> 7) lunam, quod 8) nunc maxime ecclesia, auctoritatem sedis Romanae 9) sequens, observat. Sed haec deserentes, quia non est huius temporis per singula discuti, ad spiritalem intelligentiam mentis aciem convertamus, quibus praecipitur mense novorum X<sup>a</sup> IIII<sup>a</sup> die mensis paschalis agni carnes comedere, ut, novis nascentibus bonorum operum fructibus, cum decalogi a nobis verba completa fuerint, in euangelii perfectione quaternario numero consistentes carnes nostri agni in vespere mundi, in quo finis saeculorum pervenit, intenebratis cordibus, Spiritu sancto noctem illuminante, comedamus.

Sex diebus operari praecipimur, in septimo autem, hoc est sabbato, ab omni opere servili prohibemur. Per senarium autem numerum perfectio operum designatur, quia sex diebus fecit Deus caelum et terram. In sabbato autem omne opus servile, hoc est peccatum, operari prohibemur, quia qui facit peccatum, servus est peccati, ut, cum in praesenti saeculo perfectionem operum compleverimus, non obdurantes corda nostra, in veram requiem, quae contumacibus denegata est, pervenire mereamur.

1) 'decima' add. cod. 2) Ioann. 1, 29. 3) I. Cor. 5, 7. 4) 'agnus' corr. 'agni' cod. 5) 'carnis' corr. 'carnes' cod. 6) 'cibus' cod. 7) 'decimam' add. 8) 'quod' corr. 'quam' cod. 9) Expunct. et superscr. 'apostolice' cod.

Ab altero die sabbati septem ebdomas plenas numerare nobis lege praecipitur usque ad alteram diem expletionis ebdomadae septimae, id est quinquagesimum diem, in quo primiciae offeruntur. Quae dinumeracio perfectionis plenae per septenarium et quinquagenarium numerum et decem quinquies efficitur. In quo hoc significari puto, ut per quinquagenarium, qui remissionem in se continet, per caritatem, quae, septiformis spiritus gratia superveniente, diffusa est in cordibus nostris, et quinque nostri corporis sensus legi Dei subditos habeamus, quae verba decalogi in se continet, et per caritatem, ut dixi, quae caritas operit multitudinem peccatorum. Et sic sacrificium novum Domino ex omnibus habitacionibus nostris in usum magni sacerdotis cum pacificis nostris victimis credentes<sup>1)</sup> offeremus, sicut Domino pacem fecerimus, offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum, qui panes primiciarum terrae nostrae etsi fermentatos, tamen sibi consecratos comedit. Ipse pontifex, qui caelum penetrans, possit compati infirmitatibus nostris et, cum apud Patrem advocatum habeamus eum, opera, quae fermento fragilitatis nostrae fermentata in husum huius sacerdotis manu operationis elevata cedent per viscera misericordiae, devorat. Quae non odorem Deo suavitatis praebent, sed magis indulgentiam exigunt.

In fine anni solaris apud Hebreos, id est septimo mense, quando congregantur fructus in horrea sive in cellaria, tunc celebrare lege praeeptum, id est prima die tubarum, decima die expiationum celebrari debere sabbata, et a quinto decimo die per dies VII<sup>tem</sup>, usque dum finiantur octavo, tabernaculorum feriae esse praecipiuntur. His autem fortasse significari potest, ut, quia nos in fine saeculi trino sacramento invocationis sumus consecrati, tuba praedicationis, euangelii fide et aspersione sanguinis Iesu Christi, in qua vera propitiatio est, finito legis tempore, discere non cessemus, et congregatis novis bonorum operum fructibus, ab omni opere malo quieti, per septiformis spiritus gratiam perfectione suscepta, in octavae beatitudinis numeros pervenire mereamur. Quod tamen et per ieiunii et orationis labores non est dubium consequi, quia et affligi anima lege praecipitur.

In neomenia bucinare tuba praecipitur, id est nova luna, quia qui luna scientiae illuminatus est, praedicare aliis cessare non debet. Quod Paulus scientiae Christi fulgore illuminatus observare minime contempsit, praedicans in synagogis Iudeorum.

De sacrificiis<sup>2)</sup> pauca dicere decreveram, quae cum hostiae veri pontificis in se figuram contineant, a nobis etiam Domino spiritualiter offerri debent. Per vitulum enim labor noster, per ovem innocencia, per hircum mortificatio fornicariae voluptatis, per capram, quae in sublimi pastu pascitur, vita theorica, per

1) 'cedentes' cod.    2) Cf. Levit. 1. 2.



arictem opus praedicationis, quae agnos bono pastori generat, per turturem castitas solitariae mentis nemini praeter Christum iunctae, per columbam perspicatior intuitus sacramentorum, per panem soliditas praeceptorum, per simulam sinceritas vitae, per vinum et sal veritas praedicationis, per oleum fomenta caritatis intelliguntur. Quae omnia sive festa sive sacrificia in uno loco celebrari et offerri lex iubet, quia tunc omnia prosunt, cum in unitate ecclesiae sine ullo scismatis<sup>1)</sup> errore peraguntur.

Haec pauca in bysso multa disserens, hanc scribiciunculam diviti pauper, peregrinus tibi scribere non timui, quia perfecta dilectio foras mittit timorem, credens etiam hoc, o venerabilis papa, quod plus valet obediencia cum fide, quam facultas humani ingenii. Haec autem et a te postulata sunt et a me dicta propter eos, qui cum in superficie christiani videantur, per Iudaici sensus impietatem corpus Christi, id est ecclesiam, suis scismatibus scindere non metuunt. Haec sub brevitate transcurramus, quae si per omnia tractarentur, grande volumen poscerent, quae non est huius temporis peragi, quia magni temporis otium exigunt. Ora pro me, venerabilis papa'.

Der ungenannte Verf. dieses an einen 'venerabilis papa' gerichteten Schreibens lässt sich vielleicht ermitteln. Die Sprache ist jenes irische Latein der Columbanischen Briefe; und wenn man die Worte unseres Briefes: 'hanc scribiciunculam diviti pauper, peregrinus tibi scribere non timui' mit dem Eingange des an Bonifatius IV. gerichteten Briefes Columbans (Rossetti, Bobbio illustrato II, p. 125) vergleicht: 'extremus primo, peregrinus indigenae, pauperculus praepotenti — mirum dictu! nova res — rara avis scribere audet Bonifatio patri Palumbus', so kann kaum eine Zweifel existieren, dass beide Schriftstücke aus derselben Feder stammen. Der 'Papa', auf dessen Befehl hin der Verf. über die Feste schrieb, ist nach fränkischem Gebrauch jeder beliebige Bischof, aber auch der Papst. Ist dieser gemeint, so wäre kaum an einen anderen als Bonifaz IV. zu denken. In Betreff der Osterfeier am 14. Nisan drückt sich der Verf. sehr vorsichtig aus. Er giebt zwar zu, dass Ostern am Sonntag nach der Luna XIV. nach der Bestimmung des Herrn gefeiert werden müsse, schliesst sich aber im Folgenden derjenigen Partei an, welche nur eine Osterfeier vor der Luna XIV. verwirft. Diese Bestimmung schützt er durch die 'auctoritas sedis Romanae'. Im Ganzen sieht man hieraus, dass Columban seinem alten Canon nicht untreu geworden war, wenn er auch nicht mehr mit der Offenheit hervortrat, die wir in dem Briefe an Gregor I. bewundern. Dem Inhalte nach möchte der neue Brief Columbans später als seine bisher bekannten Osterschriften zu setzen sein.

1) 'scimatis' cod.

Der übrige Inhalt<sup>1)</sup> dieses Codex entspricht vollkommen dem des von Boucher benutzten Codex Sirmondi, dessen jetziger Aufenthalt nicht zu ermitteln ist; auch im einzelnen finden sich alle Lesarten der Boucher'schen Texte in unserer Hs. wieder. Dieser Herausgeber hat De doctrina temporum, S. 438, ein Zeugnis über den Anatolius aus dem Codex 'unde Anatolium hausimus' mitgetheilt; dieses steht in unserer Hs. auf S. 238.

Der überaus interessante angelsächsische Codex Paris. nr. 10837 saec. VIII, aus Echternach, über welchen Arndt, N. Archiv II, S. 291, und Delisle, Cabinet des Mss. III, S. 229 gehandelt haben, enthält fol. 33 den Brief des Papstes Honorius an König Aeduin: 'Domino excellentissimo atque praecellentissimo filio Aeduino regi Anglorum Honorius episcopus servus servorum Dei' etc. 'Ita christianitatis nostrae integritas' etc., welchen Beda in seine Kirchengeschichte II, 17, aufgenommen hat.

Die Würzburger Hs. Mp. th. f. 28 (früher nr. 35) saec. VIII, fol. 99, enthält im Anfang Sermonen, von denen ich einzelne unter den Werken des Augustinus (Tom. V, p. 1270 und App. col. 233, letzterer als Sermo 129 Caesarii gedruckt) wieder gefunden habe. Fol. 67' stehen zwei Berechnungen der Weltjahre, die bereits Archiv VII, S. 109 excerptiert sind, aber so, dass sich bei dem besten Willen kein vernünftiger Gebrauch von ihnen machen liess. Ich habe sie vollständig abgeschrieben und lasse sie hier folgen.

Fol. 67'. **RATIO ORBEM<sup>2)</sup>, EX QUO TERRA CONDITA EST SECUNDUM CICLUM VICTORI.**

Ab Adam usque ad resurrectionem domini nostri Iesu Christi anni . U. milia . CCXX et CIII et a resurrectione domini nostri Iesu Christi usque ad praesentem anno, in quo fuit pascha XI. kl' aprls, regnante domno Theoderico rege anno UIII, indiccionis septima anni sunt UI. centi . IIII. Et fiunt simul omnes anni . U. milia octingenti et duo.

**RATIO MUNDI.**

A principio mundi usque ad diluvio anni dua milia . CC . XLII et a diluvio usque ad Abraham anni D. CCCXLII et ab Abraham usque ad Moysen . D . CI. Fiunt simul a principio mundi usque ad Moysen anni trea milia . DC . LXXX . V. Et a Moysen usque ad Samson et captivitate Troie anni CCCC . XXX. Et a captivitate Troie usque ad Romulum<sup>3)</sup>, qui Romo condidit, anni CCCCXXX, ac sic a principio mundi usque quo Roma condita est anni sunt IIII. milia . D. XL. C. II.

1) Die Briefe des Pascasinus p. 217, Petronius p. 219, Cyrillus p. 225, des Anatolius p. 227, des Pseudo-Morinus p. 238, Hilarus und Victorius p. 242. 2) Corr. 'ORB' cod. 3) Corr. 'Romolum' cod.

Et a Roma condita usque ad consoles anni CC. L. I<sup>1)</sup>. Et ab . Arido<sup>2)</sup> et Conclacione primis consolibus usque ad dominum nostrum Iesum Christum anni CC XX . C . III. Et ab ascensione domini nostri Iesu Christi usque ad anno . XL . II . regnum gloriosissimi domni nostri Chlotari regis anni DC . I . qui faciunt in summa ab inicio mundi anni U . milia DCCC . XX . C . IIII. Item et ab inicio mundi usque ad anno decimo Seggeberti regis anni Ū milia DCCC XX . C . IIII. Et remanent dies<sup>3)</sup> sexto miliario ut pro compleatur anni C . XXXX tantum<sup>4)</sup>.

Auffallend ist in der ersten Berechnung die Zählung nach Incarnationsjahren, deren 604 bis zum 8. Jahre Theuderichs II. mit dem Osterfeste 22. März und der 7. Indiction gerechnet werden. Da diese Angaben genau mit dem Cyclus des Dionysius stimmen, in Gallien aber, wie ich im 9. Band, S. 137, nachgewiesen habe, bis zum Jahre 736 Victurius' Tabellen im Gebrauche waren, so ist die vorliegende Berechnung im höchsten Grade verdächtig. Dass nun in der That an der Stelle der Incarnationsjahre in der Vorlage die Passionsjahre des Victurius gestanden haben, geht aus den Eingangsworten zur Evidenz hervor: 'Ab Adam usque ad resurreccionem domini nostri Iesu Christi anni . U . milia . CCXX et CIIP'. Das C mit dem nächsten Striche am Schlusse ist nichts anderes als das merowingische Zeichen für 6, C<sub>1</sub>, welches spätere Schreiber sehr oft (vgl. N. Archiv VII, 304) in der angedeuteten Weise aufgelöst haben. Die Summe von 5228 Weltjahren bis zur Passio ist nun accurat dieselbe, welche Victurius herausgerechnet hat, und sollte noch Jemand zweifeln, so zeigt schon die Ueberschrift 'SECUNDUM CICLUM VICTORI', dass jener Calculus und nicht der des Dionysius ursprünglich zu Grunde gelegt war. Den Abstand zwischen der Auferstehung und dem 'Annus praesens' berechnet der Uebersetzer auf 604 Jahre, indem er nicht von der Resurrectio, sondern von der Geburt Christi ausgeht. Was ursprünglich an der Stelle der 604 gestanden haben mag, lässt sich jetzt kaum ermitteln. Die folgenden Weltjahre 5802 führen auf das Jahr 601 p. Chr., während das 8. Jahr Theuderichs nach meiner Berechnung mit 602/603 identisch ist. Es ist aber die Vermuthung nicht ausgeschlossen, dass durch den Interpolator, welcher sich nachweislich so viele Aenderungen erlaubt hat, auch die Schlusssumme alteriert worden ist.

Nicht viel besser steht es mit der zweiten Berechnung. Von der Himmelfahrt bis zu dem 42. (Schreibfehler für 45) Jahre Chlothars II. zählt der Unbekannte 601 Jahre, setzt

1) 'CC. L. UI' cod., corr.    2) Scr. 'a Bruto'.    3) Scr. 'de'.  
4) 'tanf' cod.

also das 45. Jahr mit 628 p. Chr. gleich. In der That stimmen hierzu die 5829 Passionsjahre, bei welchen ebenso wie unten CI wieder für C<sub>1</sub> zu lesen ist. Hierauf zieht der Verf. die Summe bis zum 10. Jahre Sigiberts III, doch hat sich der Abschreiber bedauerlicher Weise versehen und aus der vorhergehenden Linie nochmals die Weltjahre Chlothars (5829) wiederholt. Mit dieser Zahl ist also gar nichts anzufangen. Der Computist fährt fort, dass am 6. Jahrtausend nur noch 140 Jahre fehlen. Hiernach wäre das 10. Jahr Sigiberts = 5860 der Welt = 659 p. Chr., der Anfang seiner Regierung fiel also in das Jahr 650, während wir wissen, dass sein Vater Dagobert I. mindestens 10 Jahre früher gestorben ist. Es steht also fest, dass die 140 am Schlusse gleichfalls incorrect ist. Fügt man eine X hinzu, so ist der Rest ungefähr richtig, denn im Januar 639 starb Dagobert.

Neue Resultate ergeben, wie man sieht, die beiden Berechnungen nicht, die vielmehr erst vermittelt der bisher gewonnenen Ergebnisse zu restituieren sind, dennoch sind sie nicht unwichtig als die einzigen derartigen Rechnungen aus dem austrasischen Reiche. Der Codex enthält ausserdem fol. 82—84. die falschen Acten des Concils von Caesarea; hier und da sind deutsche Glossen eingestreut.

Der Codex Paris. nr. 14086 (früher S. Germain des Prés nr. 264, dann 1311) in 8<sup>o</sup>, fol. 209, saec. VIII. in Uncialen geschrieben, enthält fol. 3'—5'. das Calendarium von Corbie, welches von Martene und Durand III, p. 1591, ediert ist, mit Ausnahme des vorangehenden Passus über die Jahreszeiten, den zuerst Piper, Karls des Gr. Calendarium, S. 62, herausgegeben hat. Da der alte Abdruck des Kalenders nicht fehlerfrei ist, rücke ich meine Abschrift hier ein.

Dies anni CCCLXV. Horas anni C<sub>II</sub> DCCLXIII. Septemans. anni LII. Tempora anni IIII. Primum ver ingreditur C<sub>II</sub>. Kl. Marcias. Aestivum ingreditur C<sub>II</sub>. Kalendas Iunias. Autumnus ingreditur C<sub>II</sub>. Kald. Septembris.

Hyems ingreditur C<sub>II</sub>. Kal. Decembris. Expl.

C<sub>II</sub>. Kl. aprilis. aequinoctium.

C<sub>II</sub>. Kl. octubris. aequinoctium.

Hic inept. tempus et limitis paschalis XI. K. aprl. Hic finit tempus et limetis paschalis C<sub>II</sub>. Kl. madias.

(C<sub>II</sub>). Kl. ian. nativit. dni. salvatoris et passio scae. Eugeniae virg.

C<sub>I</sub>. Kl. ian. passi. Sci. Stefani. protomartyr.

C. Kl. ian. adsumptio. Sci. Iohannis. euangltę.

V. Kl. ian. natl. Scorum infantum.

II. Kl. ian. depos. Sci. Silvestri epi. de Roma. et pass. Scae. Columbae virgns.

Kld. Ian. circumcisio dni. ni. ihu. xpi. secundum carnem.

III. nons. Ian. depos. Sci. Machari abbtis.

- III. nuns. Ian. depos. Scae. Genovevae.  
 Nonas. Ian. In Antiochia deps. Sci. Simions. monachi.  
 VIII. ids. Ian. Epyphania.  
 Idus. Ian. Pectavis deps. Sci. Helari epi.  
 XCI. Kl. Feb. deps. Sci. Honorati epi. Arelatens.  
 XC. Kl. Feb. deps. Sci. Antonini monachi et Lingonas  
 pass. Scorum. Geminorum Speosippi, Elasippi, Melasippi,  
 Leonille, Ionille.  
 XV. Kl. Feb. deps. Scae. Mariae virgins.  
 XIII. Kl. Feb. pass. Scae. Agnetis virgns.  
 CIII. Kl. Feb. pass. Sci. Babilli epi. cum tribus pueris.  
 CII. Kl. Feb. translatio. Sci. pauli apostli.  
 V. Kl. Feb. deps. Sci. Iohannis abbtis.  
 Nonas. Feb. pass. Scae. Agatae. virgns.  
 III. ids. Feb. Lingonas pas. Sci. Desiderii epi.  
 CII. Kl. mar. cathedra. Sci. petri apostli.  
 Kl. mar. deps. Sci. Albini. epi.  
 C. ids. mar. deps. Sci. Atalae. abbtis.  
 III. ids. mar. deps. Sci. Gregorii papae.  
 XC. Kl. aprl. deps. Sci. Patricii epi.  
 CII. Kl. aprl. pass. dni. ni. ihu. xpi. Et sci. Iacobi  
 fratris dni.  
 III. nons. aprl. Lussovio monasterio deps. Eustasii abbs.  
 et pass. Sci. prancati.  
 II. nons. aprl. Mediolano. deps. Sci. Ambrosi.  
 XIII. Kl. mad. pass. Sci. Eleutherii epi.  
 III. Kl. mad. pass. Sci. Vitalis. martrs.  
 Kl. mad. natl. Philippi. apostli.  
 C. nons. mad. deps. Sci. Waldeberti. abb.  
 X. Kl. Iuns. pass. Sci. Desiderii epi. Vienna.  
 V. Kl. Iuns. Parisi. deps. Sci. Germani epi.  
 III. Kl. Iuns. Treverus. deps. Sci. Maximini epi.  
 C. ids. Iun. deps. Sci. Medardi. epi.  
 XIII. Kl. iul. natl. Scorum. Gervasi et Protasi martr.  
 X. Kl. Iul. natl. Sci. Iacobi apostli. et Sci. Alban.  
 CII. Kl. Iul. natl. Sci. Iohannis baptistae.  
 CI. Kl. Iul. pas. Scorum. germanorum Iohannis et Pauli.  
 III. Kl. Iul. Lugduno Gallea pas. Sci. Herenci epi.  
 III. Kl. Iul. pas. Scorum. apostlrum. Petri et Pauli.  
 III. nons. Iul. transltio. corporis Sci. Martini epi.  
 XII. Kl. agus. pas. Sci. Victoris Alexandri deuthe.  
 X. Kl. ags. pas. Sci. Apollenaris epi.  
 III. Kl. ags. deps. Sci. Lupi. epi.  
 Kl. agus. pas. Scorum. Machabeorum et alibi Filicis martrs.  
 et deps. Eusebii epi.  
 III. nons. ags. pas. Sci. Stefani epi.

Der Text ist leider unvollständig. Der Schreiber dieser Excerpte hatte ein vollständiges Kalendarium vor sich, aus welchem er zuerst die rein chronologischen Notizen, dann die Heiligenangaben auszog. Die Erwähnung der Abte des Klosters Luxeuil Attala, Eustasius und Waldebertus († 665) weist deutlich auf den Ursprung des Kalenders hin, dessen Uebertragung nach Corbie Piper wohl mit Recht mit Teudofredus dem ersten Abte der Stiftung des hl. Balthilde zusammenbringt, welcher aus Luxeuil berufen worden war.

Der Codex Paris. nr. 4860 saec. XI, welcher auch die Chronik Cassiodors<sup>1)</sup> enthält, gleicht in Betreff der auf die christliche Chronologie bezüglichen Schriftstücke vollkommen dem Vaticanus nr. 586, saec. X, aus welchem Mansi, App. in Ann. Baronii, p. 234, die Ostertafel vom Jahre 700 ediert hat (vgl. N. Archiv IX, S. 137). Dieselbe findet sich in unserer Hs. fol. 147—148.

Der Codex Paris. nr. 10756, saec. VIII, bekannt durch die Formeln von Bourges (vgl. Zeumer, Formulae I, p. 166) enthält fol. 67, die folgende Ostertafel aus der späteren Merovingenzeit:

Parte quaedam de cyclo Victurii, hoc est de ann. quarto regni || <sup>2)</sup>

B. Ann. CLXI. Kl. ian. die. II. feria. luna XVII. Primo quad., ubi facit febroarius dies XVIII, hoc est XII.<sup>3)</sup> Kl. Marcias. Pascha prid. <sup>4)</sup> Kl. ap. L. XVIII<sup>5)</sup>. Rog., ubi facit mad. d. VII<sup>6)</sup>, hoc est nonas<sup>7)</sup> mai.<sup>8)</sup>

Ann. CLXII. Kl. ian. d. III. F. L. XXVIII. Primo quad., quod facit marcius d. VIII<sup>9)</sup>, hoc est VIII<sup>10)</sup> id. Marc. Pasca XII || <sup>11)</sup> mai. L. XVIII. Rog., ubi fac. mad. d. XXVI, hoc est .VII. Kl. iu || <sup>12)</sup>.

Ann. CLXIII. Kl. ian. d. V. F. L. VIII. Prim. quad. Kl. marc. Pasc. prid. id. ap. L. XXI. Rog., ubi fac. mad. d. XVIII, hoc est XV. Kl. iu || <sup>13)</sup>.

Ann. CLXIII. K. ian. d. VI. F. L. XX. Prim. quad., ubi fac. Febr. d. XIII || <sup>14)</sup>, hoc est .XVI. K. marc. Pasc. V. Kl. ap. lun. XVII. Rog., ubi fac. mad. d. III, hoc est V. non. mai.

B. Ann. CLXV. Kl. ian. die sab. lun. I. Prim. quad., quo || <sup>15)</sup> facit Marc. dies. VI<sup>16)</sup>, hoc est prid.<sup>17)</sup> non. Marc. Pasc. XV || <sup>18)</sup> Kl. mai. lun. XVIII<sup>19)</sup> Rog., ubi facit. Mad. dies XXIII<sup>20)</sup>, hoc est X<sup>21)</sup> Kl. iun.

1) Vgl. Mommsen, p. 574. 2) Regis nomen abscisum. 3) Ser. XIII.  
4) Superscr. cod. 5) Ser. 'XVII'. 6) Ser. 'VI'.  
7) Ser. 'prid. non'. 8) 'mar.' cod. 9) 'VIII' corr. 'VIII' cod.  
10) Ser. 'VII'. 11) 'K' abscis. cod. 12) Ser. 'iun'. 13) Ser. 'iun'.  
14) Ser. 'XIII'. 15) Ser. 'quod'. 16) Ser. 'V'. 17) Ser. 'III'.  
18) Ser. 'XVI'. 19) Potius 'XVII'. 20) Ser. 'XXII'. 21) Ser. 'XI'.

Die Tafel ist, wie man sieht, sehr fehlerhaft. Von hohem Interesse ist die voranstehende Bemerkung über das Anfangsjahr: 'hoc est de ann. quarto regni . . .' Der Name des Königs ist leider abgeschnitten, doch lässt er sich durch den Umfang der Tafel ermitteln, die vom 161. bis zum 165. Jahre des Victurius reicht. Dies sind die Jahre Christi 188—192 oder 720—724. Welcher König hatte nun im Jahre 720 sein 4. Jahr zurückgelegt? Da es sich hier nur um Neuster handeln kann — der Codex enthält die Formeln von Bourges —, so ist kein anderer als Chilperich II. zu verstehen, dessen Regierungsantritt man jetzt in das Jahr 715 setzt. Aber fälschlich, wie unser Codex beweist. Denn war 720 das 4. Jahr des Königs, so ist nothwendigerweise 717 das erste. Den Tod desselben erzählen die Gesta Fr. c. 53: 'Mortuus quidem est post haec, Noviomio civitate sepultus; regnavit autem annis V. et dimidio'. Aehnlich auch der Fortsetzer des Fredegar, der ihm jedoch 6 Jahre giebt.

Nahm man also bisher 720 als sein Todesjahr an, so zeigt der Codex von Bourges in Verbindung mit den alten Chroniken, dass er erst 722, sei es in der ersten Hälfte oder am Schlusse des Jahres, gestorben ist. Auf Chilperich folgte Theuderich IV, in dessen 3. Jahre die Stiftungsurkunde Abbo's für das Kloster Novalesse (Pardessus II, p. 481) gegeben ist. Das Instrument ist interessant durch die genaue Datierung: 'sub die tercio kal. Februarii anno quinto regnante domino nostro Theoderico rege in indictione nona', d. i. 726, am 30. Januar. Traf der 30. Januar 726 in das 5. Jahr Theuderichs, so muss der Januar 722 in sein erstes gefallen sein. Die Urkunde Abbo's bestätigt folglich voll und ganz die Angabe unseres Codex und man wird in Zukunft die herkömmliche falsche Ansetzung aufgeben müssen. Im einzelnen zeigt sich die Angabe der Gesta genauer als die des Fortsetzers, da Chilperich schon im Anfang von 722 gestorben ist. Im 6. Jahre Theuderichs sind die Gesta Fr. geschrieben, also 727 und nicht 725, wie man bisher annahm.